

Mythologia, Francfort, 1581 - I, 14 : De lustrationibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre I

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - I, 14 : De lustrationibus](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 14 : Des Expiations](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 14 : Des purgations](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Francfort, 1581 - I, 14 : De lustrationibus, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :
<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5898>

Copier

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581
ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307
Formatin-8
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 49-54

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Πάτρην ἑρυσία, ὅσον τι πρυγάνει ἰνὸν καὶ ἰῖδα.
 ἄμφ' αὐτῷ δὲ χεῖρε χέουθ' ὅπως πικύνασι,
 πρῶτα μάλιστα, ἄντι πρῶτα δὲ ἡδὲ εἰς αἶψα,
 τὰ πρῶτοι αὖθ' ὕδασι, ἐπὶ δ' ἄλφεια λευκὰ πάλυκον.
Sacra simul ducunt Perimedes Eurylochusque.
Ass ipse eripuit vagina protinus enses:
Effudit foveam, qua descendebat in Ornam,
Inferias in quam cunctis effudimus umbris:
Ac primum mulsum, plena hinc carchesia Bacchi,
Rursus aquam, nunc a texti qua deinde farina.

Omnino verò & res aliæ complures in foveam iaciebantur,
 & quod putabatur superfluisse mortuis, siue quæ res è fovea nō
 emanuissent, post absolutas exequiarum ceremonias non lon-
 go temporis intervallo viebantur: ut significavit Lucianus ita
 in Charonte, καὶ βόθρον τὰ ἐρύσαντες καὶ οὐδὲ τι ταῦτ' ἐπα-
 λυντ' αὖθ' ὕδασι, καὶ εἰς τὰ ἐρύματα εἶπεν καὶ μάλιστα αὖθ' ὡς
 γένοιτο αὖθ' ὕδασι. Atque foveam quandam exanantes
 magnificas istas carnas vident, & in foveas vinum & mul-
 sum, & mishi quidem videntur, infundunt. Vbi animas ad-
 vocarent supra congestum tumulum ascendebant, atque inde
 per animas altissima voce vocabant ipsorum mortuorum, ut
 ait Euripides in Oreste:

μάλιστα αὖθ' ὡς γένοιτο αὖθ' ὕδασι,
 καὶ εἰς τὰ ἐρύματα εἶπεν καὶ μάλιστα αὖθ' ὡς
Mulsumque sparge, lactis atque asperginem,
Tumuloque summo stans loquere talia.

Quòd si vocare animæ ad has exequias non accederent, inter
 mortuos illi non numerabantur: quare ita scripsit Virg. lib. I.
Æneid.

Spemque metumque inter dubij seu Vivere credant,
Sine extrema pati: nec iam exaudire vocatos.

Ac de mortuorum exequiis satis, nunc de lustrationibus dica-
 mus.

De lustrationibus. CAP. XIII.

E T quoniam omnis antiquorum theologia ad homines
 ad probitatem & ad metum Deorum deducendos specta-
 bat: idcirco minimè grata Diis immortalibus illa sacrificia so-
 re tradiderunt, quæ ab impuris hominibus offerebantur: sed

leges ritè faciendorum factorum omnem prius iniquitatem, omnemque crudelitatem deponere iubebāt. cum illi qui aliquo flagitio polluti ad aras accessissent, nullo pacto à Diis auditi, sed magis etiam illorum iram in se concitare, crederentur. Ea de causa non solum homines, sed animalia etiam, & loca, & vasa prius purgabantur, quàm ad aram admitterentur. fiebant autem lustrationes, siue expiationes, non simplici modum antequam ad sacrificia veniretur, lauabantur victime, ne ullam prius sordem haberent, atque loca vel animalia vel vasa à sacrificaturis sulphuris odore leuiter perfundebātur; sicut testatur illud Iuvenalis:

cuperent lustrari si qua darentur

Sulphura cum radis.

Sic etiam apud Homerum in lib. 16. Iliad. poculum expiatur atque purgatur prius sulphure, quo vsuri sunt in sacrificiis, deinde aqua perennis flumini lauitur, ut patet in his:

τοῦ αὐτοῦ ἐν χυλοῖς λαβὼν ἱερὸν ποτήριον
πρῶτον, ἔπειτα δὲ νιφ' ὅδ' αὖτε καλῆτι ρῆσι.
ἐξ ἧτο δ' αὖτ' ὅτ' ἔχουσας, ἀφύστατο δ' αἰδομένη.

Deprompsit theca: purgavit sulphure primum,

Poculum lauit puris lymphæ labentibus undis,

Inde manus lauit, tunc hausit munera Bacchi.

Enimvero fuerunt etiam propria Diis quibusdam vasa, sicuti videtur innuisse Hom. lib. 4. Iliad. ad usum certorum Deorum referuata, cum ita inquit de Achille:

ἴδρα δὲ σιδερέη ἵονα τεινυμένην, οὗ δέ τις ἄλλος
οὔτ' ἀνδρῶν πίνοντι ἀπ' αὐτοῦ αἶθε παρῶν,
οὔτε τίς ποτ' ἀνδρῶν καὶ θεῶν, οὔτε μὴ δὲ παρῶν.

Poculum erat promptum, Unde ardentia Vina bibebat

Ex aliis nemo mortalibus, atque Deorum

Nulli libabat, nisi ad aram forte Tonantis.

Addebantur à Romanis capre etiam, & crines, & mænides pisciculi, ut ait Plut. in Numa. accedebant oua etiam his lustrationibus quibus unà cum sulphure urebantur, ut est apud Ouid. lib. 2. de arte:

Et ventat qua lustrat annui lectumq; locumque,

Praferat & tremula sulphur & una manu.

Nam cum aliquis sui purgandi causa sacrificia instituisset propter commissum scelus, vel eadem, tunc porcellus parvus ma-

staba-

Et abatur à sacerdotibus, cuiusque manus sanguine illius porcelli
fiebantur, quo sanguine animarum quoque maculae putaba-
tur purgandis consuetudinis ita mentionem fecit Apollo-
nius Rhod. lib. 4.

πρῶτα μὲν ἀπὸ τοῦ πορκεῖος αὐτῶν ἡγίαι φέροντο,
τῶν αὖτε καὶ οὐκ ὀλίγοις τοῖς τίκας, ἥς ἴτιμαί εἰσι
πλήμυρες λαοῖσι καὶ οὐδ' ὅτε, αἵματι χερσας
τέλει ἐπιμήνοσσι δέον.

*Adduxit dura, seu aq. piacula mortis
Porcellum tenerum tum matris ab ubere raptum,
Cuius abundabant etiam tunc ubera lacte.
Huius dissecat collum, atro sanguine laus
Inde manns.*

In his lustrationibus parvi porcelli crebantur, quos nomina-
runt *πορκεῖα*. Postea verò quàm loca sulphuris accēsi fumo lu-
strassent, mos erat salē in aquam conficere, & ramo vel lau-
ri vel oliuæ vel alterius arboris, quæ esset illi Deo cui sacra fie-
bant, consecrata, in illam aquam demerso locum leuiter utro-
rare, quod fiebat iure lustrationum, ut significauit Theocr. in
paruo Hercule.

ἡρώδης δὲ πρῶτον δέονα διέσῳ
σπῆτον, ὡς (ταὐτὰ) ἄλλοι μίμνῳσι (ὡς τινὲς μίμνῳσι)
ἐκ τῆς ἐπιπράξης τῆς ἐμῆς ἀπὸ λαοῖς ὡς αὐτῶν.
*Intenso purganda domus est sulphure primum
Puratum sal (lex velut est) mittatur in undam,
Atque coronatum decet hac perfundere ramo.*

Neque vlla satis legitima putabatur fuisse lustratio, nisi quæ fie-
ret ab iis qui ad orientem solem fuissent conuersi, veluti scrip-
tum reliquit his verbis Cratinus in Chirone,

ἀγὰ δὲ ἡ πρῶτη ἀπάντων ἵστα,
καὶ λάμπει χερσὶ χέρον μεγάλοι,
χρὶ τὰδε. τὸ ὅλως ἐκ τῶν κρατέρων χεῖ.
*Age verò ad anroram primum amnisum consiste,
Et cape manibus innocens magnam,
Funde hac, aquam e crateribus funde.*

Spargebantur autem ter illi qui lustrationis aqua irroraban-
tur, ut ait Virgil. lib. 6.

Idem ter facies pura circumtulit unda.

Spargens rore leui, & ramo felicis olivæ.

Cum fierent etiam lustrationes aruorum, ter hostiæ circa fruges agebantur, ut ait idem in primo Georg.

Terque novæ circum felix eat hostia fruges.

Si quis igitur, ubi aliquis fuisset mortuus, vel in locum impurum ingressus esset, ille hac aqua ita perfundebatur: quare cum Iuno descendisset ad inferos, ad superos reditura ita lustratur ab Iride, ut est lib. 4. Metam.

Lata redit Iuno: quam cælum intrare parantem

Roratis Iridæ aut aquæ Thaumantias Iris.

Veruntamen non sine quibusdam precibus hæc aqua spangebantur, ut est apud Ovid. lib. 5.

Spargit & ipse suas lauro torante capillos:

Incipit & solita fundere voce preces.

Et in septimo Metamorph.

Ter se convertit, ter sumptis flumine crinem.

Irroravit aquæ: tenui & hiatis ora

Solvit.

Ante omnia porro lustrationum genera manus luere ad aras accessuris hominib. erat necessarium: cum aras ipsorum Deorum precantes essent de more apprehensuri: neque liceret illorum manibus, aut aliqua sorde pollutis ad aras accedere: quare inquit Hector lib. 6. Iliad. apud Hom.

Χειρὶ δ' ἀνέμοισι δὴ λείβετ' αἶδα παῖσιν

ἀρομαῖ ὡδὶ πᾶσι καὶ λαοῖσι καὶ κρονίῳ

αἵματι καὶ λυθροῖσι πνικαλαγμένον ἰούχετ' ἄαδαι.

Non decet illotis manibus libare superno

Vina Ioui, pudor hoc prohibet fecisse: cruare

Turpatum me & cade Virum Dii fundere vota.

Nam non modò ad aras accedere pollutis non licebat, sed neque Deos quidem precari, qui omnem iracundiam siue indignationem in impurè precantes convertiebant, quippe cum Timarchidas in lib. de coronis Asterium inquit fulmine fuisse percussum, quia manibus impuris aram Iouis attigisset, ut patet etiam ex his carminibus:

Χειρὶ δ' ἀνέμοισι δὴ λείβετ' αἶδα παῖσιν

ἀρομαῖ ὡδὶ πᾶσι καὶ λαοῖσι καὶ κρονίῳ

αἵματι καὶ λυθροῖσι πνικαλαγμένον ἰούχετ' ἄαδαι.

Illotis manibus libans Iouis attigit aram,

Quo

Quo pater hunc esset flagrantis fulminis igne.

Egregie purum fas est contingere sacra.

Erat illa praeterea lustrationum differentia, ut qui superis sacrificaturi essent: toti lauantur, si fieri posset: sin autem, saltem manus, at litaturi inferis, tenui aqua tantum irrotabantur: ut patuit ex superioribus. Polluebantur etiam qui in sepultum cadaver in itinere conspexissent, nisi tenuem pulverem saltem iniecissent, ut est apud Soph. in Oedip. Tyranno, polluebatur etiam ager vel clivis, quae inhumatum cadaver haberet, ut illud est Virgil. lib. 6.

Præterea iacet exanimum tibi corpus amici:

(Hæu nesci) totamque incestat funere classem.

Quod nisi sepeliretur, publicæ alicuius calamitatis causa putabatur, nisi tamen impij, & Deorum inimici planè haberentur illi qui mortui essent, tunc enim publicarum calamitatum auctores erant iis regionibus, in quibus essent sepulti: nisi id oraculi iussu factum fuisset: sicuti de Oedipode scriptum reliquit Lyfimachus Alexandrinus libro 13. rerum Thebanarum hoc pactus οἰδίπῳ δὲ τελευτήσαντος, καὶ τῶν φίλων ἐν θήβαις θάψαντων αὐτὸν διὰ τὴν ἀτυχήσαντων, ἐκάλουν οἱ θεοὶ αὐτοὺς, διὰ τὰς προγεννημένας συμφορὰς, ὡς ὄντος ἀπέβη. οἱ δὲ κομισάμενοι αὐτὸν εἰς τὴν τόπον τῆς βοιωτίας καλύμινον κῆον, ἔθαψαν αὐτὸν γυνάμινον δὲ τοῦ ἐν τῇ χώρῃ κατοικοῦσιν ἀτυχημάτων τῶν, οἰσθέντες αὐτὸν ἦναι τὸν οἰδίπῳ ταφῇ, ἐκάλουν τῆς φίλης ἀπορίας αὐτὸν ἐκ τῆς χώρας. οἱ δὲ ἀπορέμενοι τοῦ συμβαίνουσιν, ἀνελόντες ἐκείμηνον εἰς τὴν πῶντον. βυλόμενοι δὲ λάθρα τὸν τοῦ οἰδῖπῳ περὶ σπύλαι, καταβάντες ἐκρὸν ἐν ἱερῷ ἀήμετος, ἀγνοῦντες τὸν τόπον. καταβάντες δὲ γυνάμινον, πῶντες οἱ τὸν εἰς πῶντον καταβάντες, τοῖς οἰκιστάς τινος πῶντον. ὁ δὲ οἶος ἦν, μὴ κινῆναι τὸν ἐκείνῳ τῆς οἰκίας. διότι αὐτὸν τὸν οἶον. Cum mortuus esset Oedipus, eumque amici illius Thebis sepelire pararent, Thebani ob præteritas calamitates, quia si esset impius, id facere vetuerunt, tunc illi in locum quendam Boetia Cenum nomine asportantes illum sepeliverunt. cum verò quadam calamitates regionem invassissent, loci eius incalcati sunt causam illarum esse, quod ibi sepultus esset Oedipus, quare infferunt eum, amicos ipsum efferre de regione. Illi ob illa quæ contigerant ambigui quid sibi agendum sit, cum capientes in Eteonum detulerunt: qui cum

Vellent eum clam sepelire, per noctem in loco sacrate Ceneri humarunt, qui locus esset ignorantes. Verum cum res cognita fuisset, incolae Eteens miserunt ad oraculum quae percunllarentur, quid esset agendum: quibus responsum fuit supplicem Dea non esse remanendum, quare ibi demum sepultus est. at nunc de propriis ritibus qui apud nonnullas nationes quorundam Deorum fuerunt, dicamus.

De propriis ritibus quorundam Deorum apud varios homines. CAP. XV.

VERUNT praeterea varij sacrificiorum ritus apud nonnullas nationes, ubi sacra quorundam Deorum solennia celebrarentur, quae nullis ceteris Diis ex aliqua parte prorsus videretur communia. quod quidem factitium est partim stultorum hominum inscitia, & ignarorum quantum ratio & religio requirat, partim insidiis eorum sacerdotum, qui conabantur per varietatem caeremoniarum rem in precio retinere, cum res ridiculae potius iure videri possent, quae fieret, recte inuentibus, quam ullam sanctitatem continere. Partim etiam fiebat hoc dæmonum malignorum fraude, cum esset adhuc potestas tenebrarum, qui per has ambages homines in seruitio retinere, & perpetuo fallae religionis idololatriaeq; vinculo astringere nitebantur, neq; ullam liberè respirandi animis illis superstitionibus oppressis concedebant facultatem, ut possent tantum fallaciarum secum parumper cōsiderare, & aliquando cognoscere quam absurda, quam vanam, quam ridiculam, quam omni scelerum genere contaminatam religionem complecteretur, atq; ut facilius cognoscere possumus q̄ multiplex, quāq; diligens esset illorum Deorum cultus, praeter illas observationes Deorum, temporum, victimarum, lustrationum, templorum, rituum, ac caeremoniarum quae superius fuerunt à nobis commemorata illud etiam poterit rem demonstrare, quod in illis sacrificiis anniuersariis, quae Patrenses patrio ritu Dianae Laphyriae cognomento instituerunt, mos fuit ut sexdecim cubitorum longitudinis ligna vitidula in orbem circa aram illius Deae digerecotur, atq; intra haec ipsa aridissima & arae propinqua. Tum cetero locum in morem septi undique obstruere cōsueuerunt, quibus peractis pompam cum magnificentissimo apparatu

Deae